Quelle: https://manuscripta.at/?ID=9008
Copyright: Melk, Benediktinerstift



98

Incipiebant uintir frillith appel
labant conpro nomine ab hieme
& pleni lunio. Quia uidelicet &
apleni lunio eiusdem mensis hiemis
sortiretur initium. Necab re e
si & cetera mensium eorum quid
significent nomina interpretari
curemus; Menses iuli acon
uersione solis in auctum diei qua
unus eorum pcedit. alius subsequi
tur nomen accipiunt; Sol monath
potest dici mensis placentarum
quas in eo diis suis offerebant;
Rhed monath. a dea illorum rheda
cui in illo sacrificabant nominat;
Eostur monath. qui nunc paschalis
mensis interpretatur quondam
a dea illorum quae eostre euo
cabatur. & cui in illo festa caele
brabant nomen habuit. Acui us
nomine nunc paschale tempus
cognominant. Consuetudo antiq;
obseruationis uocabulo gaudia
nouae sollemnitatis uocantes;
Thrimilci dicebatur quod trib;
uicibus in eo per diem pecora mulge
rentur. Talis enim erat quondam
ubertas britanniae uel germaniae
de qua in britanniam natio intra
uit anglorum; Lida dicitur
blandus siue nauigabilis quod in
utroq; illo mense & blandasit sere
nitas auratum & nauigari solean
aequora; Ueud monath mensis
zizaniorum. quod eatunc maxi
me habundent; Halegmonath.
mensis sacrorum; Uintir frillith.
potest dici conposito nouo nomine
hiemiplenium; Blotmonath
mensis immolationum quod in eo
pecora quae occisuri erant dis
suis uouerent; Gratias tibi bone
ihu quinos abhis uanis auertens
tibi sacrificia laudis offerre donasti;

DESIGNIS XII MENSIUM

XVI.

SIN LVLIAVE
menses suasigna in quibus
solem recipiant habent; Aprilis
aries & mai us taurus. Jun gemi
norum. Jul cancri. Aug leonis.
Septb uirginis. Octb libra. Nou
scorpionis. Decb sagittarii. Jan capri
corni. Febr aquarii. Mar pisciu;
sicut quidam ueterum & iam
uersibus explicauit, Respicis
Apriles aries frixee kalendas.
Mai agenorei miratur cornua tauri.
Jun aequator cælo uid & ire laconas.
Solstitio ardentis cancri fert iuta strum.